Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



terra ut educas panem de terra et vinum lentificet cor hominis ut exhilaret faciem in oleo et panis
cor hominis confirmet. Comp. Sensa amus domine quesumus tui precepti sacramenti
sub fidem mentis et corporis ut tui quoque salutari celestis remedii plenitudine efficiamur.

R. Respice domine in testamentum tuum et animas pauperum tuorum ne derelinquas in finem. Exurge domine et iudica causam tuam ne obliuiscaris voces querentium te. ℣. Vt quid deus repulisti in finem iratus es super oues pascue tue. Oratio. Omnipotens et misericors deus de cuius munere uenit ut tibi a fidelibus tuis dignae et laudabiliter seruiatur tribue quesumus nobis ut ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per. Ad galatas.

Fratres. Abrahae dicte sunt promissiones et semini eius. Non dicit et seminibus quasi in multis sed qui in uno et semini tuo qui est xpc. Hoc autem dico testamentum confirmatum a deo quod post quadringentos et triginta annos facta est lex non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas iam non ex promissione. Abrahae autem per promissionem donauit deus. Quid ergo lex. Propter transgressiones posita est donec ueniret semen cui promiserat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est deus autem unus est. Lex ergo aduersus promissa dei. Absit. Si enim data esset lex quae posset uiuificare uere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato ut promissio ex fide ihu xpi daretur credentibus. Gradualis. R. Respice domine in testamentum tuum et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge domine et iudica causam tuam memor esto oprobrii seruorum tuorum. Alleluia. ℣. Venite exultemus domino iubilemus deo salutari nostro. Euan. Beati oculi. Offertorium. Iacob israel domine dixit tues deus meus in manibus tuis tempora mea. Secreta. Hostias quas domine propitius intuere quas sacris altaribus exhibemus ut nobis indulgentiam largiendo tuo nomini dent honorem. Per. Com. Panem de celo dedisti nobis domine habentem omne delectamentum et omne sapore suauitatis. Comp.